





47 9.
COLLEGII FEUDALIS
DISPUTATIO II.

De
NOTATIONE, DE-
FINITIONE ET DIVISIO-
NIBUS FEUDI

Quam
Divinâ aspirante gratiâ,
In celeberrima VVitebergensium
Academia

SUB PRÆSIDIO
HELFRICI ULRICI HUNNII
Marpurgensis Hessi J.U.D.

Privati exercitij causa proponit
LUCAS DAMING. Lunæ-
burgensis.

*Ad diem 30. Maijboris & lo-
co solitis.*

VVITTEBERGÆ,
Typis Johannis Gormanni.



Amplissimis, clarissimis ac prudentissimis

VIRIS.

Dn. LEONHARDO ELVERO

Dn. HENRICO VVITZENDORF.

*Inclytæ Lunaburgensium Reipublica Con-
sulibus meritissimis.*

Ut &

Dn. GEORGIO SCHUMACHER

Dn. ALBERTO ELVERO

Ejusdem Reipublicæ Senatoribus dignissimis.

Dominis fautoribus ac promotoribus suis
nullo non observantiæ studio co-
lendis

*Exercitium hoc feudale inscri-
bit & dedicat.*

LUCAS DAMING LUNEBUR-
GA SAXO.

DISPUTATIO II. FEUDALIS

De

Notatione Definitione ac

divisionibus feudi

THESIS I.

DE Notatione ac derivatione nominis feudi, etsi variae ac propè infinitae Feudistarum extent opiniones ac conjecturae, Omnibus tamen eam praefendam putamus quam ipse J. Ctus nobis indigitat, cum à fide, seu fidelitate feudum appellari scribit, in tit. 3. circa finem lib. 2. Feud. *De feudo e Longobardis Feud. lib. 2. tit. 3.*

II. Circa definitionem quoque feudi non convenit inter Feudistas; primò enim Franciscus Hotom. feudum definit, quòd sit clientela militaris, eà lege contracta, ut cliens pro beneficio accepto militarem operam praebet vicissimq; patronus suam illi fide benevolentiamque praestet. In disputat. feud. cap. 4. Refutatus à Vultejo lib. 1. Feud. ca. 2. n. 7. Gôdd. disputat. feud. 1. th. 14. lit. a

III. Duarenus; Quòd sit res immobilis, quae fidei vel obsequii gratiâ certo modo fruenda alicui conceditur, in comment. feud. cap. 2. Reprehensus hoc

A 2

nomi-

nomine à Vultejo in d. cap. 2. n. 6. & Rittershusio
in part. feudal. lib. 1. cap. 3. quæst. 4.

IV. Alii, quòd sit benevola & perpetua conces-
sio rei immobilis, vel equipollentis cum translatio-
ne domini utilis, retentâ proprietate. Vdalricus
Zasius in Epitom. Feud. part. 1. n. 3. Forner. in tit.
de definitione feudi. Intrigl. quæst. 1. n. 30. & 31.
Guerrinus Piso Soazius in prælud. feud. Sonsbec
de feud. part. 2. Reprehensi novissimè ab Henrico
Bocero in tractat. de qualitat. & diff. feud. capt.
1. n. 7.

V. Quidam feudum definiunt quòd sit, concessio
rei pro homagio facta. Martinus de Silimannis in
rubric. quid sit feudum. Petrus de Bella Pertica tit.
1. de feud. Alvarottus in cap. unic. §. fin. tit. 23. lib.
2. Feud. Refutati à Jafone in prælud. feud. n. 7. In-
trigl. quæst. 1. n. 15. Mozzio de feud. cap. 1. n. 5.
Bocer d. tractat. de qualitate & diff. feud. c. 1. n. 7.

VI. Et sunt etiam qui feudum definiant contra-
ctum per quem dominus utile dominium rei immo-
bilis vel equipollentis vasallo ejusque heredibus
masculis, investiturâ interveniente, concedit per-
petuò & gratis, eâ conditione, ut is ipsi & ad fide-
litatem & ad servitia honesta ac possibilia exhiben-
da obligetur. Conradus Rittershusius in part. feu-
dal. cap. 3. quæst. 4. in fine & quæst. sq. 5. Schrader
de

Aliud est
aliud est
Rej. p. 4.
in fine
de feud.
& de

de feud. part. 2. cap. 2. n. 3. & sqq. Zasius in Epi-
tom. feud. part. 1. n. 5.

VII. Verum & hac definitio rectè ab aliis rejici-
tur. Non enim verum est, nec ullo jure subnixum,
quod feudum propriè acceptum sit contractus. arg.
tit. 23. lib. 2. Feud. Hotom. 6. obs. 7. Cujac. in com.
feud. pag. mihi 12. Fachin. 7. controv. 1. Bocer. de
qualit. & differ. feud. cap. 1. n. 6.

VIII. Placet nonnullis feudum definire per Be-
neficium Forcat. in comment. feud. cap. 2. Bald. in
prælucl. feud. column. 5. & sq. Quos reprehendit
Zasius in Epithom. feud. part. 1. n. 3. cum sq.

IX. Novissimè Henricus Bocerus feudum definit
Genus minus *remissio* *in re quadam, mutua inter dominum & vasa-*
rum *lum præstandæ fidei causâ constitutum.* In tractat
de qualit. & diff. feud. cap. 1. n. 1.

X. Cujacius, Quod sit jus prædio alieno utendi
fruendi, quod pro beneficio dominus dat, eâ lege,
ut qui accipit sibi fidem & militiæ munus aliudve
servitium exhibeat. In princip. comment. feudal.

XI. Quam definitionem, etsi rejiciant Vultejus
est Godd. tamen non male fortassis retinebitur. Vi-
de Vultejum in d. lib. 1. Feud. cap. 2. n. 8. Godd. in
disputat. feud. 1, thes. 14. lit. C.

XII. Nobis tamen præ cæteris omnibus placet
illa definitio, qua feudum definitur Ususfructus rei

de legat. 2.
de immo-
bil. vel quælibet
in non nullis
Germanis
Præm. N. numerat.
G. Ant. d. f. 1. f. 2. l. D.



in re mobili in corpore
immobilis, seu equipollentis sub conditione fidei &
quod servitium *non hinc* *de* *servitiorum* *constitutus* *constitutus*. Vultejus libr. 1. de feud.
cap. 1. n. 9. Johan. Niellius in disput. 1. Feud. th. 6.
non hinc *de* *servitiorum* *constitutus* *constitutus* XIII. Quod enim feudum sit ususfructus quidam
de *servitiorum* *constitutus* *constitutus* probat tum definitio ususfructus, tum textus juris
de *servitiorum* *constitutus* *constitutus* feudalis expressus in tit. 3. in fine lib. 2. Feud. Vultejus
de *servitiorum* *constitutus* *constitutus* & Niell. in locis prox. citat. Diss. Hotom in dis-
de *servitiorum* *constitutus* *constitutus* putat feudal. cap. 31. Bocerus in d. tractat. capt.
de *servitiorum* *constitutus* *constitutus* 1. n. 13.

XIV. Cetera verò definitionis verba feudi cau-
sam materiale[m] & formalem eleganter expri-
munt: Feudum quippe in re immobili aut equipol-
lente constitui posse, testis est Feudicta in tit. 1. in fi-
ne & tit. 23. §. fin. lib. 2. Feud.

XV. Etsi enim Bocerus objiciat, quod feudum in-
terdum etiam in re mobili; veluti in pecunia nume-
rata constitui possit ex tit. 8. in pr. v. ignorans & tit.
25. ibi vel nummos in feudum dandos. lib. 2. Feud.

XVI. Recte tamen ad hoc jam olim à Jacobo de
Arctizone responsum est; Feudum illud, quod in re
mobili constituitur à natura feudorum degenerare
& improprium feudum esse: Quicquid tandem ad
hoc regerat Bocerus in d. tractat. de qualit. & diff.
feud. cap. 1.

XVII. Fidem verò, aut fidelitatem, ut & servi-
tia à Vasallo seniori exhibenda, ad feudi formalem
causam

causam pertinere colligitur haud obscure ex tit. 3. in fine. tit. 4. 5. 6. & 7. lib. 2. Feud. Et latius hac de re suo loco in sequentibus dicetur.

XVIII. Ut ita definitio nostra omnia requisita bonae ac perfectae definitionis contineat, ideoque ipsa omnibus numeris sit perfectissima, ac ceteris merito anteferenda.

XIX. Post nominis & rei definitiones sequuntur divisiones feudi: Quarum variae hinc inde apud interpp. reperiuntur, è quibus precipuas saltem & in jure feudali fundatas ordine referemus.

XX. Et primò dividitur feudum in Masculinum & foemineum: Illud appellamus quod à masculo primùm acquisitum est: seu cujus primus acquirens fuit masculus: Hoc verò quod à foemina primò acquisitum est; vel cujus primus acquirens foemina fuit. arg. tit. 30. & tit. 50. lib. 2. Feud. Rosenthal. in synopsi feud. capt. 2. concl. 6. & 7. & capt. 7. concl. 35. Intrigl. de feud. quæst. 27. n. 7. Thomas de Marinis in tit. 11. n. 12. & 16. Hartman. Pistor. libr. 2. quæst. 34. Bocer. in tractat. de qualit. & diff. feud. c. 2. n. 39. Niell. in disp. 1. Feud. th. 7. lit. A. Vultejus lib. 1. Feud. c. 8. n. 3.

XXI. Sunt tamen nonnulli, qui existiment, omne feudum in quo foemina succedit esse Foemineum: Masculinum verò illud dici, ad cujus successionem soli ad-

cedente: seu quod per presentem possessorem primò
acquisitum est: non verò à majoribus, sive progeni-
toribus ad ipsum per successionem pervenit tit 32. v.
novam lib. 2. Feud.

XXVI. Vetus autem cujus causam quis habet non
à se ipso, sed ab eo, qui primum illud feudum acqui-
sit. d. tit. 32. vers. de veteri. lib. 2. Feud.

XXVII. Seu, ut accuratius alii, Novum dicitur,
quod vasallus possessor ipsemet primum vel novà in-
vestiturâ, vel prescriptione acquisivit. Vet. a. quod
ab alio acquisitum, vasallus ex successione possidet.
Boc. in d. tract. de qualitat. & de feu. c. 5. n. 77. cū sqq.

XXVIII. Vetus feudum rursus quidam subdivi-
dunt in feudum paternū & antiquum: Illud appellā-
tes, quod quis obtinet vel à patre, vel avo, vel pra-
vo, vel ab avo: Antiquum verò, quod acquisitū est
ab aliquo majorum, qui est ultra abavum. Vult. l. 1.
Feud. c. 8 n. 5. Borcholt. c. 4. n. 2. Ritterf. in partit.
feud. lib. 1. cap. 4. quæst. 13. Zasius part. 3 n. 1.

XXIX. Verum subdivisionē hanc non sine ratione
rejiciunt alii, quorū opinioni potius accedendū vide-
tur Hart pist. l. 2. quæst. 5. n. 2. Schrader. part. 2. c. 3. n.
39. Bocer. in d. tractat. de qualitat. & diff. feud. cap.
5. n. 80. Baro ad tit. 8. , 1. lib. 1. Feud. Guerin. Pi-
so Soazius in prælud. feud. cap. 45. n. 4.

XXX. Queritur hoc loco, si dominus feudum ali-
cui novum concedat, ita ut vasallus jure feudi anti-
B qui

qui id possident; utrum tale feudum habeat naturam & qualitatem feudi antiqui, an verò novi? Negat Hannetonio, feudum novum jure antiqui concedi posse, in tractat. feud. part. 1. quæst. 3. in fine.

*Capitulum
de
feudis
c. 11. n.
7. 18.*
XXXI. *Feudale* Contraria tamen opinio, quòd immo tale feudum assumat naturam feudi antiqui, communis est, & dubio procul verissima. Borcholt de feud. c. 4. Minling. cen. 4. obs. 84. Ferrar. Montan. lib. 1. de feud. c. 6. § proinde. Ritt. d. c. 4. n. 15. Rosenthal. c. 2. Concl. 15. n. 2. Curt. Jun. de feud. part. 1. quæst. 8. cap. 9. Zasius in Epitom. feud. part. 12. n. 44. Duar. de feud. cap. 4. n. ult. Bocer. in tractat. de qualit. feud. cap. 5. n. 91. Ruding. l. 1. quæst. controvers. 27.

XXXII. Sed cum viceversâ feudum antiquum concessum jure feudi novi, assumat naturam novi feudi: Questio itidem controversa est. Et placet negativum sententia arg. tit. 14. §. Si capitanei. l. 1. Feud. junct. l. quod nostrum 11. ff. de R. Jur. Rosenth. d. c. 2. concl. 17. Hanneton. part. 1. c. 3. Ritt. in part. feud. cap. 4. quæst. 14. Zasius part. 3. n. 4. Borch. cap. 4. n. 11. Vult. lib. 1. comm. feud. cap. 8. n. 7. Curt. Jun. cap. 8. n. 9. Bocer. de qualit. & diff. feud. c. 5. n. 93.

XXXIII. Sic nec illud scrupulo caret utrū indubio, cū satis nō cōstat sitne feudum novū an v. antiquū, presumi debeat novū; an potig antiquū? Et quidem hæc de re extant quatuor diversæ Feudistarū opiniones.

XXXIV. Primò enim quidam, feudum novum
presu-

presumendum existimant. Alciatus in tract. de præsumpt. Rgu. 3. præf. 28. n. 2. Jason. in consil. 24. n. 3. l. 3. XXXV. Secundò alii non novum, sed antiquum in dubio presumi debere statuunt. Wesenbec. in tract. de feud. c. 2. n. 8. Forcat. de feud. c. 3. n. 10. Zas. in epit. feud. part. 11. n. 31. Thom. de Marin. tit. 1. n. 32 in tract. de feud. ex pact. & prov. & alii magno numero alleg. à Menochio lib. 3. de præsumpt. cap. 93. n. 1.

XXXVI. Tertio Fachineus in dubio, hoc nulli omnino presumptioni locum esse opinatur; sed ab utraq; parte litigantium probationes requiri. In quibus si utraque pars deficiat jurijurando litem dirimendam, & agnatis optionem concedendam autumat, an ipsimet jurare, an vero adverse parti iuramentum deferre velint. lib. 7. contro. 59.

XXXVII. Nonnulli deniq; distinguendū putant: ut si quidem vasallus aut ejus heredes sint in possessione feudi, tum si contra illos dominus agat & feudū novum esse asserat pro vasallo aut ejus heredibus presumatur feudum antiquum, ac Domino onus probandi imponatur.

XXXVIII. Sin autem Dominus aut is qui à Domino causam habet sit in possessione atq; vasallus agat feudumq; antiquum asserat, ipsi imponatur onus probandi, & interim pro possessore feudum presumatur novum: Ita ut si in probatione vasallus defecerit, tunc dominus, præstito prius iuramento, absol-

vatur & feudum novum judicetur tit. 12. junct. tit. 10. in verb. inopiã probat. lib. 1. Feud. l. 4. C. de e-
dend. l. 2. c. de probat. Rosenthn. cap. 2. concl. 31.
Borch. de feud. cap. 4. n. 3. Rittershus. in part. feud.
lib. 1. cap. 4. quæst. 16. Curt. jun. in quæst. 8. cap. 9.
n. 17. Cujac. ad tit. 7. cum a. lib. 1. Feud. Schenck.
Baro ad tit. 11. § Si verò lib. 2. Feud.

XXXIX. Et hac quidem distinctio verissima est;
sed tamen rem totam nondum expedit: quid enim si
neuter, nec senior, nec vasallus in possessione sit? Re-
spondent quidam, hoc casu affirmanti feudum esse
novum vel antiquum incumbere onus probandi; ad-
eoque pro neutro præsumi. Guerin. Pifo Soazius in
prælud. feud. post Alvarottum ad tit. 11. § fin. libr.
2. Feud.

XL. Alii verò pro antiquo præsumendum esse, &
vasallum ejusve heredes affirmantes feudum esse
antiquum propter hanc præsumptionem in posses-
sionem esse constituendos; donec dominus contrariũ
videlicet feudum esse novũ manifestis probationib.
docuerit; in quibus si defecerit, in possessione relia-
quendum esse vasallum; ita tamen ut ei juramentũ
deferatur concessã optione utrum ipse jurare; an v.
adverse parti juramentum deferre velit Nisi forsã
dominus judici fide dignior quàm vasallus videatur
Quæ sententia vera est, tit. 26. in pr. junct. tit. 11. l.
2. Feud. Herman. Vult. lib. 1. de Feud. cap. 8. n. 8.
in fine

in fine Schrad. part 2, cap. 3. n. 41. Mozz. de feud.
in cap. de natura feud. n. 21.

XL I. Tertio dividitur feudum in Nobile & I-
gnobile seu plebejum. tit. 10. & 53. in pr. lib. 2. Feud.
Diss. Nicol. Intrigl. quæst. 31. n. 25. cum sqq.

XL II. Sed quodnam feudum sit nobile, vel quod
ignobile non constat inter FF. primo enim commu-
niter omnes tam veteres, quam recentiores Nobile
feudum illud appellant, quod accipientem, seu pos-
sessorem suum nobilem: contra virò Ignobile quod
accipientem & possessorem suum non nobilem. Ro-
senthal. c. 2. concl. 2. Alvarot. in c. unic. tit. 10. l. 2.
Feud. Sneidevvin in Epit. feud. part. 1. n. 33. Ritt. in
partit. feud. c. 4. div. 3. quæst. 8. Borch. cap. 4. divis.
3 n. 13. Cont. in Method. feud. in tit. de divis. feud.
Bocer. in tractat. de qualitat. feud. cap. 3. n. 18. & sqq.

XL III. Schraderus & quos ipse allegat, alii No-
bile feudum definiunt, quod ab eo concessum est, qui
nobilitandi potestatem habet; veluti ab imperatore,
aut ab eo, qui dignitate Imperatori sunt proximi. I-
gnobile verò quod concessum sit ab inferioribus a-
liis, In part. 2. cap. 3. n. 10. 11. & 16.

XL IV. Quidam deniq; è recentioribus illud No-
bile feudum appellant, quod concessum sit ab eo, qui
simul potestatem & voluntatem nobilitandi habu-
erit: Ignobile verò quod concesserit is, in quo alter-
utra illorum defecerit. Niell. disputat. 1. Feud. th. 7.

3. n. 13. Cont. in Method. feud. in tit. de divis. feud.
Bocer. in tractat. de qualitat. feud. cap. 3. n. 18. & sqq.

*De Plebe
non e
sunt
sunt*

*Nobilitas
non Res, sed
est, nec a
res, sed a
concedentis
dependet.*

*igitur nobilitas
non potest
concedi a
inferioribus*

*concedi a
superioribus
sunt
sunt
sunt*

lit. C. Vultejus lib. 1. de feud. cap. 8. Obrecht. in di-
sputat feud. 2. th. 17. & sqq.

*XLV. Ceterum voluntas illa nobilitandi expressa
est, aut tacita: Quarum haec colligitur ex eo, si prin-
ceps aliquem de ducatu, Marchionatu, principatu,
aut comitatu investierit: Nam hoc ipso eum cū Du-
catu Ducem, cum Marchionatu Marchionem, cum
principatu principem, cum comitatu comitem, atq;
adeo nobiles fecisse praesumitur tit. 10. l. 2. Feud. vide
Authores ad prox. thesin. citat.*

*XLVI. Nobile feudum rursus subdividitur in
Regale & Non-Regale: Quae divisio sumitur ex tit.
14. in pr. l. 1. F. & tit. 34. in pr. l. 2. Feud. vide Boccr.
in d. tractat. de qualit. & diff. feud. n. 11, dis. West.
in tractat feud. cap. 2. n. 4. Borchold. d. feud. c. 4. n.
12. Schrader part. 2. n. 6 post Jacobum de S. Georgio
& Laudensem in tit. 1. l. 1. Feud.*

*XLVII. Regale feudum vulgo interpp. defini-
unt illud, quod dignitatem aliquā habeat annexam:
Non-Regale quod omnis dignitatis expers sit. vide
ad prox. thes. allegat. dissentientes.*

*XLVIII. Verum cum hi confundant feudum
Regale cum feudo Nobili, & Non-Regale cum igno-
bili merito illorum sententia rejicitur. Vide Boccr
in tract. de qualit. & diff. feud. cap. 3.*

*XLIX. Alii quidam feudum Regale illud appellant
quod alicui in eo territorio constitutum est, quod
regalem dignitatem annexam habet cujusque prior*

possessor illud cum regali dignitate possedit: Non regale quod hujusmodi dignitatem, non habet annexam Bocerus in d. cap. 3.

L. Nobis illorum arridet sententia, qui Regala feudum definiunt, quod sit feudum nobile supremi principis auctoritate concessum cum dignitate regali: cujusmodi dignitas est regnum, electoratus,

Si c. ca sit
atq; hodiernis Germania moribus Baronatus, qui comitatui equiparatur
Ducatus, Marchionatus, principatus, comitatus, atq; hodiernis Germania moribus Baronatus, qui comitatui equiparatur Vdalrico Zasig in Ep. feud. part. 5. n. 29. Schenck Baro in tit. 10. lib. 2. F.

LI. Non-Regale, nobile feudum auctoritate summi principis concessum cum dignitate, quae Regali sit inferior. Vultejus in comm. feud. cap. 8. n. 10. Dis. Bocerus d. cap. 3. n. 18. & sqq.

LII. Igitur ad regale feudum duo conjunctim requiruntur 1. ut concessum sit supremi principis auctoritate: 2. ut concessum sit cum dignitate regali. vult. d. n. 10. Rosenth. cap. 2. concl. 2. n. 9.

LIII. Quarto feudum dividitur, in Ligium & Non-Ligium Cujac. in tit. 55. l. 2. Feud. Borcholt de feud. cap. 4. n. 23. Bocerus de qualit. & diff. feudi c. 5. n. 67. & sqq. Vultejus d. cap. 8. n. 20. Ritth. in partit. feud. lib. 1. cap. 4. div. 4. quaest. 10. Rosenthal de feud. cap. 2. concl. 4. n. 6. Guerrin. Pifo Soazius in praelud. feud. cap. 43. Forcat. de feud. cap. 3. Forner, in comment. de feud. cap. de divisione feudi.

Legi-

LIX. Sed negativa, tam juri feudali, quàm juri divino, quod non imperatorem pontifici; sed pontificem Imperatori subesse oportere demonstrat, magis consona ac propius ad veritatem accedere videtur. arg. c. 13. in pr. ad Rom. Matth. 20. v. 25. Lucæ 22. v. 25. & in poster. ad Tim. 4. David Paræus ad d. c. 13. Petr. Martyr. in loc. Com. classe 4. c. 13. n. 7. & sqq. Guilielm. Barclai. in tract. de potestat. papæ Henning. Arnif. in tract. de potestate pontif. Rom. & Brutum fulmen pag. (mihi) 66. & 139.

LX. Verum enim vero etsi divisio hæc feudi in ligium & non-ligium omnium propè FF. calculo recepta & approbata sit: sitamen dicendum quod res est, nihil aliud est quam merum Interpp. figmentum; Id quod satis evincit textus in tit. 28. in fine & tit 55. in fine lib. 2. Feud. Hotom. in disputat. feud. cap. 7.

LXI. Quinto feudum dividitur in Hereditarium & ex pacto ac providentia: Illud appellant quod alicui pro se & heredibus concessum est; seu in cujus concessione & investitura facta est mentio heredum: Hoc v. quod vasallo concessum est pro se & filiis, vel pro se & liberis; nulla heredum facta mentione: Aut facta illorum mentione; sed non absolutâ vide Borchold. c. 4. div. 4. n. 16. Curt. Jun. part. 4. quæst. pen. n. 132. Pinell. in l. part. 3. n. 82. cū sqq. de bonis matern.

LXII. Queritur hic, si non constet feudum utrum

Hereditarium sit an non. Feudum est si in investitura sit mentio heredum. Si non sit mentio heredum, feudum non est hereditarium. Si sit mentio heredum, feudum est hereditarium. Si sit mentio heredum, sed non sit mentio heredum, feudum non est hereditarium. Si sit mentio heredum, sed non sit mentio heredum, feudum non est hereditarium.

hereditarium sit, an ex pacto ac providentia, quale
presumi debeat? Et sunt qui hereditarium illud pre-
sumendum existiment. Gail. 2. obs. 154. n. 8 Hartm.
Pistor. lib. 2. quæst. 3. Rosenthal. cap. 2. concl. 35. Zas.
in Epit. feud. part. 8. n. 6. Et alii quos magno numero
allegat. Hartm. Pistor.

LXIII. Alii feudum illud, quod alicui pro se ac
heredibus masculis concessum est nec hereditarium
nec ex pacto & providentia presumendum: sed mi-
xtum potius ex utroque statuendum censent. Borch.
in com. feud. cap. 4. n. 18. Arius Pinell. in com. ad d.
l. 1. part. 3. n. 82. & sqq. Et quos è veteribus allegat
Hartm. Pistor. in d. quæst. 3. n. 18.

LXIV. Sed rectius sentire videntur, qui tale feu-
dum ex pacto & providentia presumi judicant Vult.
de feud. lib. 1. cap. 8. n. 32 Johan. Niell. in disputat.
feud. 1. th. 70. Johann. Ruding. lib. 1. var. lect. feud.
cap. 28. Bocer. de qualit. & diff. feud. cap. 5. n. 36.

LXV. Quanquam autem & hac divisio in judi-
ciis recepta & communiter approbata sit, monen-
te Hartmanno Pistor. in loco proximè citato; si ta-
men juris nostri feudalis fundamenta penitus in-
spiciamus, vix, ac ne vix quidem sustineri potest.
Vult. in de cap. 8. n. 24. & sq.

LXVI. Nisi forsitan illud hereditarium feudum di-
camus, quod ita constitum sit ut in eo succedatur jure
hereditario nõ ex providentia juris feudalis; sed ex
disposi-

dispositione juris communis: Feudum v. ex pacto & providentia in quo succedatur jure sanguinis secundum providentiã juris feudalis Vult. in d. c. 8. n. 25.

LXVII. Quo tamen modo feudum hereditarium acceptum nõ proprium sed improprium feudum dicendum erit arg. tit. 13. §. Etsi clientulus l. 1. Feud.

LXVIII. Sexto feudum dividitur in Ecclesiasticum & Seculare: Ecclesiasticum definiunt illud quod Ecclesia vel persona Ecclesiastica possidet, vel quod persona Ecclesiastica confert: Seculare quod secularis persona possidet aut constituit. Schrader, part. 2. cap. 3. n. 17. Sneiderwin. in Epitom. feud. part. 1. n. 50. Zasius part. 2. n. 7. Sonsbec. de feud. part. 3. n. 5. Anton. Cont. in metho. feud. cap. 3.

LXX. Henricus Bocerus Ecclesiasticum feudum illud appellat quod persona Ecclesiastica, penes quã ea potestas est in bonis Ecclesie concessit. In sæpè citato tractat. de qualit. & diff. feud. c. 2. n. 4.

LXX. Melius fortassis, qui feudum Ecclesiasticum definiunt quod in re Ecclesiastica constitutum est, quocunq; & cuicunq; etiam concessum sit. Seculare v. quod in re seculari & profana Vultejol. l. 1. de f. c. 8. n. 19. Niell. in disput. 1. F. thes. 8. in fine Joh. Linckius in tract. feud. part. 1. n. 24.

LXXI. Septimo feudum dividitur in illud quod in curte, & quod extra curtem dicitur. Quorum illud definitur quod sit feudum ita constitutum, ut res ipsa

ipsa ex qua quis utilitatem sibi jure feudi constitutam habet, non concedatur vasallo, sed retineatur à domino, quasi in ipsius domo ut est ararium, vel cella domini.

LXXII. Extra curtem vero quod ita constituitur ut res ipsa, in qua vasallus usumfructum feudalem habet extra domum quasi concedentis transit in domum accipientis, ut est fundo, prædiū & res quævis alia immobilis. Alverottus & Andr. de Ifernina in tit. 5. § fin. lib. 1. Feud. ac post illos Vultejus d. cap. 8. n. 18. Johan. Niell. d. th. 8. in princip.

LXXIII. Aliis placet feudum in curte illud appellare, quod ab eo domino, qui totius ville aut territorii alicujus dominium & possessionem habet; ita ut domum Dominicalem, quæ in ipsa villa vel territorio existit, omnes coloni & rustici collectos fructus deferre necessum habeant, conceditur in ejusdem territorii aut ville parte aliqua.

LXXIV. Extra curtem verò quod à domino, qui non habet dominium totius ville; sed possessiones saltem modicas, reliqua majore parte ad rusticos subditosque ejus spectante, conceditur in parte aliqua. Schrad. in tract. feud. part. 2. cap. 3. n. 101. & sq. Zafius in Epitom. feud. part. 11. n. 2. Johan. Henric. Linck. in tract. feud. part. 1. n. 20. Iacobus de Franchis in tit. Species feudorum quot sint n. 191. Sneydevin. part. 1. n. 60.

Sunt

LXXV. Sunt qui feudum in curte appellant, quod habet is vasallo, qui officium aliquod in curia, id est in domo domini exequitur, quod feudum sibi annexum habeat; Ut si dapifer, pincerna, curie prefectus, aut Architriclinus sit, & hoc nomine feudum possideat. Schenck. Baro ad tit. 5. § fin. lib. 1. feud. Cujac. ad tit. 1. § item illud. lib. 1. Feud.

LXXVI. Sonsbecius feudum in curte domini statuit illud esse, quod vasallo ibi constitutum est, ubi dominus Curiam habet jurisdictionalem, quamvis ibi nullas alias possessiones retineat. In comment. ad usus feud. part. 3. n. 29.

LXXVII. probabilius novissimè Henricus Bocerus feudum in curte domini illud vocat, quod vasallus in domini territorio possidet: Extra curtem quod vasallo obtinet in praediis, quae domini habet in territorio alieno; Etiam si praedia cetera ejusdem territorii jure proprietatis sint, non domini: sed subditorum. In tractat. de qualit. feud. cap. 4. n. 43. & sqq.

LXXVIII. Octavo & ultimo feudum dividitur in Proprium & Improprum; sive in rectum & conditionatum tit. 33. & tit. 48. lib. 2. Feud. Rosenthal in Synopsi feudali cap. 2. concl. 52. n. 1. Vult. cap. 8. n. 37. Guerin. Pifo Soazius in praelud. feud. capt. 40. n. 1. Welenbec. de feud. c. 2. n. 2. Borchold. d. feud. cap. 4. n. 25. Zas. part. 2. n. 6. & part. ult. Sonsb. part. 4. Duaren. cap. 4. n. 1. Francisc. Curt. Jun. capt. 9.

Sneidevvin part. 1. n. 35. Johan. Henric. Linck. in
tract. Feud. part. 1. n. 10. Bocer. de qualit. & diff.
feud. cap. 5. n. 57. & sqq. cum aliis Feudistis propè
indefinitis. vide dissentientem Conrad. Rittersh. in
partit. feud. cap. 4. quæst. 1.

*LXXIX. Proprium illud dicitur, quod naturam
feudi propriam habet; seu quod retinet perpetuam ac
propriam naturam feudi, quodq; secundum jus com-
mune feudorum datum ac conformatum est, nec ulla
conventionem aut pactione mutatum vel alteratum est.*

*LXXX. Improprium quod à recta propria & jure
feudorum constituta natura degenerat, & pactio-
num constituentium mutatum & alteratum est. Ludolp.
Schrader. in tractat. de feud. part. 2. cap. 3. Vult. d.
cap. 8. n. 38. Wessenbec. in d. c. 2. n. 2. & ceteri In-
terpp. FF. ad thes. præced. prox. allegati.*

*LXXXI. Hinc in dubio feudum semper præsumitur
proprium potius quam improprium: Siquidem con-
stituentes præsumuntur sese juri communi feudorum
accommodasse, ac juxta illud feudum constituisse.
Menoch. l. 3. de præsumpt. c. 95. & alii quos ipse ibi-
dem allegat. vide & Ruding. l. 2. var. lect. feud. c. 7.
Vult. d. c. 8. n. 52. Sneidevvin. in Epit. feud. part. 5.
n. 91. Sonsbec. de feud. part. 9. n. 24. Henricus Bo-
cerus de qualit. & diff. feud. cap. 5. n. 65. Rosenth.
cap. 2. concl. 54.*

*LXXXII. Queritur de statutis, generaliter de feu-
dis con-*

LXXXVII. *Secunda igitur feudi improprii species est feudum hereditarium, quod ita datum est, ut in eo jure hereditatio atq; secundum dispositionem juris communis, non verò ex providentia juris feudalis succedatur. De quo supra in h. disput. thes.*

LXXXVIII. *Tertia est feudum Emptum arg. d. tit. 23. in fine lib. 2, Feud. Vult. in comm. feud. lib. 1. cap. 8. n. 45. Rosenthal. in Synopsi feudali cap. 2. concl. 61. n. 1. Curt. Jun. part. 1. quaest. 8. n. 14. Borchold. cap. 4. n. 26. Zaf. part. 12. Schrad. part. 2. c. 4. n. 56. Cujac. ad tit. 1. §. item illud. lib. 1. Feud. Schenck. Baro ad tit. 23. l. 2. Feud. Obrecht. in disput. feud. 3. th. 297. Mozz. de divis. feud. n. 37. Diff. Bocer. in d. in tractat. de qualit. & diff. feud. cap. 5. n. 62. post Sonsbec. part. 2. n. 7.*

LXXXIX. *Quarta improprii feudi species est feudum pignericium, de quo Dominus accepta certâ pecuniae summâ & reservata sibi reluendi facultate aliquem investit. Vult. cap. 8. n. 46. & sq.*

XC. *Quinta est feudum de Camera & de Cavena. Quorum illud est beneficium, quod alicui ex arario Domini pro sustentatione, quandiu vivit, assignatur. Hoc verò quod Dominus alicui è sua cella, horreo aut penuario constituit. Vide Rosenthal. d. cap. 2. conclus. 75. Sonsbec. part. 3. n. 26. Vult. cap. 8. n. 13. Schrader. part. 2. cap. 3. n. 81. Johan. Henricus Linck. in tractat. feud. part. 1. n. 21. Zaf. part. 4. n. 8.*

XCI. *Postremo improprii feudi species sunt feudum Guardia & Castaldia: illud dicitur quæ Dominus alicujus castri vel territorii pro custodiendo illo castro vel territorio alicui concedit. Hoc verò quod procuratori aut gubernatori domus aut aliarum rerum pro gubernatione assignatur tit. 2. libr. 1. Feud. Rosenth. c. 2. concl. 68. n. 1. Zaf. part. 12. n. 3. & sq. Sonsbe. part. 3. n. 33. Duaren. cap. 9. 13. Borch. c. 4. div. 8. Schneidvv. part. 1. n. 57.*

XCII. *Feudi castaldia species rectè constituuntur feudum Advocatiæ & Cancellariatus: illud dicitur quod advocato: hoc verò quod cancellario solet ratione officii, quod gerunt constitui. Borcholt. d. cap. 4. n. 31. Schrader. part. 2. cap. 4. n. 24.*

F I N I S.

Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv,







Farbkarte #13

B.I.G.



49 9

GII FEUDALIS
 SPUTATIO II.
 DE
 TIONE, DE-
 E ET DIVISIO-
 BUS FEUDI
Quam
à aspirante gratiâ,
 na VVitebergensium
 Academia
 PRÆSIDIO
 I ULRICI HUNNII
 ensis Hessi J.U.D.
ercitij causa proponit
 DAMING. Lunæ-
 bourgensis.
 30. Maijboris & lo-
 o solitis.

TTBERGÆ,
 hannis Gormanni.

